„ XIV. Multa vulneris loca soluta; vulnus purius appa longitudo ejus septem digitorum, latitudo tr fere digitorum est. Valetudo satis bona.

XV. Ultima et suprema suturae pars nec non ligatura art. pudendae removetur.

XX. Per totum vulnus, regione funiculi spermatici excepta, granulatio optima videtur.

XXII. Vulnus magis magisque contrahitur; non amplius quinqne digitos longum: latitudo duorum digitorum. Cavum vulneris totum granulationibus impletur.

XXIV. Regio funiculi spermatici plane pura nunc apparet et optimis granulationibus tecta.

XXVI. Cutis penis operatione deleta plane renata est. Supra penem suprema vulneris pars jam ad cicatricem pervenit.

XXVIII. Longitudo vulneris quatuor digitorum, latitudo unius et dimidii est.

XXX. Granulatio vivacissima optime procedit; appetitus bonus; vinum ad vires reficiendas datur.

ens. April.

e I. Sanatio celeriter progreditur.

IV. Coagula sanguinis in vulnere reperiuntur; verisimile est, haemorrhagiam erectione effectam esse.

X. Sanatio in universum lentius progreditur quam antea. Propter granulationem remissiorem et laxam loco solutionis e calcaria chloratu solutio argenti nitrici adhibetur.

XVI. Margines languidi argento nitrico roduntur.

XIX. Vulnus rimam efficit duos digitos et dimidium longam dimidium latam; aegroto permittitur, ut dectum relinquunt.

XXIV. Vulnus digiti unius longitudine; aegroto in horto ambulandi datur facultas.

XXIX. Vulnus non nisi rima subtilissima, quam paullo sanatum iri recte sperandum est.

XXX. Sanatio aegroti absoluta et perfecta; e cura dimittitur.

## Tumoris perquisitio.

Inspectio. Tumor praebet formam ovi, ita tamen, u ad partes superiores versus sit magis tenuis. Multae vena quae sunt densitate pennae corvinae, apparent in parte tu cae prope tumorem relicta. Vas deferens, quod superne ex e epididymide conjunctum est arctissime cum vasis quae ipsa valde sunt extenta ardore fili platinei, et apparet pla integrum pellucidum. Partes posteriores et laterales tumor extrorsus sunt fornicatae (ita tamen ut iniquitates non appar ant, partes anteriores satis concavae sunt; nam hic membran cum tumore coaluerunt, alibi autem membranae ab eo disju guntur aqua, ut extrorsus extendantur.

Mensuratio. Diametrus longitudinalis tumoris est 9½ perimetrus maxima 15,7″ (densissima pars et inter secundam tertiam partem longitudinis), diametrus transversalis igitur 5

Palpatio. Tumor, si attingis, sentitur extrorsus ess valde extensus et superne aeque atque in partibus posterior bus, praecipue in posteriore inferiore tumore, sensum praeb fluctuationis.

Pondus tumori est libr. vjjj ℥jß.

Aquae inter testiculi tunicas secretae per troiscart effusa pondus est libr. jj ℥jjj ʒvj; color autem gilvus. Adhibita ana lysi chemica fluidi effusi hoc inveni:

Reactio erat mediocriter alcalica, fluidum dilucidum exi guum sedimentum posuerat, in quo elementa anorganica ir erant nulla.

Fluidum in centum partibus continebat:

| | |
|---|---|
| Albuminis | = 4,72 |
| Na Chl | = 0,975 |
| K Chl | = 0,041 |
| $KO\ SO_3$ | = 0,053 |
| $2NaOPhO_5$ | = 0,739 |
| Aquae | = 93,472 |
| Summa | 100. |

Tumor, cui est magnitudo capitis virilis, dissectus secun dum axem longitudinalem, circumdatus est tunica vagina

ie condensata, aliquot locis ad 2'' quae a partibus poste-
ibus, antea aqua a tunica vaginali propria disjuncta, non
ıaeret, a partibus anterioribus autem, loco supra significato
tissime coaluit cum tunica vaginali propria.

Planities autem tumoris incisivi ipsa tecta est succo albo,
i lactis simili, quo amoto statim recens nascitur levissima
ıpressione. $NO_5$ adhibito coagulatur aeque atque si coqui-
, albumen igitur. Succo speciem superficiei tumoris tegente
oto apparet tumor divisus in massas rotundas, ea magnitu-
e qua est pomum majus, quae massae inter se disjunguntur
s cellulosis densioribus.

Septa procreata exalbuginea prorsus non apparent, nus-
ım inveniuntur strata telarum cellulosarum, quae ulla ex
te cursum eorum teneant.

Tumoris massa media potissimum mollis est et pulticulae
ilis, colore albo et rubro. Oculis nudis intra has massas
apsulas distributas stratum telae cellulosae conspici nequit.
nubrium scalpelli facile immitti potest, ut pars massae,
ım pulticulae similem dixi, promi queat, non animadversa
tium telae laceratione.

Lente adhibita animadverti potest telae cellulosae struma
culis distincta, in modum retis extenta, intra quam massa
enitur salsa, cujus singulae partes inter se distingui nequeunt.

Massa per microscopum aspecta apparet constans ex cel-
s et granis varia magnitudine et forma. Cellulae sunt forma
ında, maximam partem eliptica, quin etiam multae apparent
e quasi cauda praeditae. Acido aceti adhibito grana in cel-
s plane conspiciuntur, in singulis bina grana observantur.
ota massa non reperiuntur relliquiae canaliculorum semini-
rum.

In mediis igitur partibus mollitie maxima tumor naturam
gi medullaris praebet, ad albugineam versus autem telae
ulosae magis in oculos cadit; hic strepitus exauditur, si
tro fricatur et raditur, proxime quidem hoc fit albugineae.
tionibus levibus tela animadvertitur cellulosa, cui forma est
arum. Sed ne hic quidem structura testiculi integra in-
ıtur.

Infra in basi tumoris, sub ea quam supra diximus massa[m] cujus color compositus est ex albo et rubro invenitur mas[sa] mollis, sanguine abundans, quae prorsus similis est superiori tamen hic vasa magis sunt extenta et explicata, ut haec mass[a] appareat esse fungi haematodes.

Alia etiam massa reperitur prope lumina aliquot vasoru[m] quae simul collabuntur. Cujus quidem massae color est co[m]positus ex rubro et gilvo, ipsa autem est lenta aeque atq[ue] corium. Verisimiliter massa fibrina coagulata, quae exc[...] est ex apoplexia.

In ea regione in qua epididymis sit oportet convexum c[or]pus reperitur supra tumorem elatum. quod fortasse epidid[y]midi respondet, quae et ipsa est degenerata et hanc ob r[em] valde extenta. Accuratius autem quamquam inquiritur, tam[en] ne hic quidem reperiuntur relliquiae corporis Highmori, neq[ue] vero conorum vasculorum, neque aliarum physiologico-anat[o]micarum partium.

Attamen in cauda epididymidis adhuc reperitur vas def[e]rens, quod nexu multiplici serpit; apparet autem condensat[um] et convertitur paullatim in massam illam mollem et cellul[is] abundantem, in quam corpus et caput quoque epididymid[is] est mutatum.

In parte tumoris cocta haec observantur: Planities omn[is] quae incisura facta est, laevis, qua pars a toto tumore disju[n]cta circumdata est, apparet iniqua et aspera, canalibus et su[l]cis impleta. Jam nudis oculis animadverti possunt strata tel[ae] fascialis, quae nunc plane apparent coquendo contracta e[t] ipsorum intervallis extrudere mollem illam et salvam massa[m] de qua supra dictum est. Apparent in superficie corpo[ra] rotunda, singula vel plura inter se conjuncta, magnitudo aute[m] eorum est inter grani milii et cerasi magnitudinem.

Eadem observantur in partibus, quae in liquorem acri[o]rem immissae sunt; plane apparent strata telae cellulosae qu[ae] continent mollem illam massam, et efficiunt, ut superficies in[i]qua sit et aspera. Similitudine uti si mihi licet, partem l[o]quendo vel liquore acriore solidam factam esse dico ratio[ne] simili hepati cirrhotico. — Sectionibus levibus ne hic quide[m] aliud quidquam reperitur atque in tumore integro.

Diagnosis. Ex omnibus adhuc commemoratis diagno- ostri tumoris mea opinione non est difficile constituenda. ante operationem extirpationis tumorem naturam fungi ullaris habere cognoscitur, quod demonstrabant: debilita- lla supra jam dicta totius organismi, cumulationes in aliis oris regionibus depositae, quamquam funiculus spermaticus erat morbo affectus, porro autem fluctuatio illa obscura in us partibus tunicae organi aqua secreta non attollebantur potius cum tumore coaluerant. — Inquisitio accuratior oris microscopica post extirpationem omnino diagnosin bavit.

Prognosis hanc ob rem bona est aestimanda, quam- m adhuc operatus nullo modo molestiis cruciatus est.

---

## II.

Joh. Lammer, faber tignarius, Vratislaviensis, natus draginta tres annos a. d. VIII Cal. Majas a. 1856 in noso- iium est receptus. Duobus annis ante ictu mediocri narra- per vectem ligneum effecto intumuisse testiculum dextrum; quidem tumor intra primos octo dies crevit ad magnitudi- ı ovi columbae, magna autem fuit duritie. Post imminuti t dolores et testiculus ipse recepit paullatim priorem natu- ı. Auctumno autem proximo testiculus, quamvis recenter esset irritatus, iterum intumescere coepit et per ultimas issimum quatuor hebdomadas ante quam aegrotus receptus in nosocomium, magnitudine erat molesta atque duritie.

In tumore perquisito haec sunt observata: Tumor iculi dextri erat magnitudine ovi anatis, duritie lapidea id- ita ut pars anterior esset durior, posterior autem nodosa, erior quae minor erat, disjuncta sulco ab inferiore eaque iore. Nusquam tumor adhaerebat cuti testiculi sanae. Fu- ulus spermat. erat plane integer, glandulae lymphaticae non ımuerunt. Facies erat colore eo, quo indicatur bona vale- o, quae quidem non plane deerat. Aegrotus querebatur doloribus quibus afficeretur ingrediens stans secundum ıculum spermat., qui dolores ex funic. sperm. detracto

exorientes aegrotum non vexabant, si tranquille jacebat lecto, neque increscebant tumore impresso.

Diagnosis. Origo traumatica, valetudo generalis n perturbata, cutis testiculi integra, glandulae inguinales ni affectae, malignam morbi naturam sane in dubitationem vo bant. Ex duritie vero ejus magna colligi poterat, tuberculo non adesse. Punctione quamvis liquorem in tumore non e appareret, tamen acus, cum retraheretur, aeque impedita atque in cartilagine. Unde collectum est, tumorem esse chondroma, quo fieri potest, ut partes nonnullae fiant osse

Sanatio. Tumor cum esset durus et admodum exten spes non erat fore ut resorptione felicem ad finem perven tur. Quae etiamsi felicissime evenisset, nihil aliud quam c gisset aegrotum diu in lecto permanere. Qua re non est ad bita praesertim cum esset dubium num adesset parenchy normale, num organon posset munere suo fungi. Quam rem. cum necesse appareret removeri tumorem extirpation aegrotus hanc fieri passus est.

Operatio. A. d. III. Nonas Majas extirpatio facta e galvanocaustice adhibita idque ita, ut per machinam Grovi nam quatuor quae dicuntur elementorum ardens filum ex pl tina constans cum per acum trajectum esset, inter cutem funic. spermat. transductum est et mutatum in ligaturam, qu coarctata est per axin. (Vid. Middeldorpfii Galvanoc.) Po haec ligatura commutata est cum ligula ardente (galvanoca teria) electrica qua integumentum scroti secundum septum di sectum est, testiculus autem extirpatus. Vasa cum esse funiculi spermatici permulta, nonnulla fugerant ligaturam, quibus tunc effluxit sanguis, ut substringerentur fasciis ess necesse. Quae galvanocausticae sunt commoda tunc pla apparuerunt. Ubicunque enim vim exercuerat suam, sangu non effusus est. Haemorrhagia sublata, compressionis caus spongia injecta est in scrotum, vulnus linamento opertum e et emplastro glutinante et spira coxae anterior simplex e adjecta. Vulneri admota sunt cataplasmata ex glacie parat

Curatio post extirpationem: Felicissime evenit pr cessus sanationis. Octo demum intermissis diebus apparue runt febres neque fuerunt graves, ut mox tollerentur remedi

·lhibitis. Crebrius praecipue per primos octo dies aegro-
·lores percipit capite qui, cum exorerentur sub vesperum,
quille eum dormire non sinebant. Crebro frigore quoque
batur, frigore tamen, quod dicimus „Schüttelfrost" non
tus est. Appetitus et faeces fere nunquam deerant.
In vulnere ipso sanguis postea non effluxit, dolores per
os octo dies rari erant et tollebantur admotis cataplasma-
x glacie factis. Die altero suppuratio incepit, quarto
ruit crusta urendo affecta. Septimo die primum filum,
arteria substricta erat, est remotum, ultimum duodecimo.
hebdomade praeterita minus aliquanto apparuit vulnus
idie purgabatur vulnus injecta calcariae chloratae solu-
. Symptoma vere periculosum nono demum die obser-
m est. Vulnus repente apparuit parum pallidum, et plane
raebuit infectum gangraena quae tunc erat nosocomiali.
l quidem periculum mox omnino amotum est cataplasma-
c aqua empyreumatica paratis et summa cautela adhibita.
m de causa postea adhibitus est lapis infernalis.
Aegrotus qui jam decimo die post extirpationem tumoris
qui dicuntur medios accepit, atque die vicesimo plenum
n, vicesimo quinto primum reliquit lectum, trigesimo vero
mo die, cum bonam semper haberet valetudinem ipseque
quere nosocomium cuperet, ex eo emissus est Remansit
cute carens, qui emplastro consolidante contegitur.
Disquisitio microscopica tumoris haec docuit.
Testiculus, qui est magnitudine ovi anatis, per transver-
dissectus se praebet circumdatum tunica vaginali communi
ensata et sanguine suffusa Quae quidem, ubi egressus
asis deferentis vasorum sanguineorum duas tresve lineas
a tumorem combusta est, et partes singulae inter se con-
ae sunt arctissime vi fili ardentis. Tunica communi de-
a, vas deferens se praebet plane pellucidum et integrum
isjunctum in parvulos canales 4—5‴ perspici potest
e ad tunicam propriam. Tumor cum diu jacuisset in
to rectificato, prope finem vasis deferentis reperta est
a, cujus magnitudo aequat os cerasi, constans ex parvulis
ibus inter se volutis, qui quidem continent praepingue
elium cylindricum.

1) Adversus hunc locum testiculus tunica propria cond-
sata circumdatus praebet massam gilvam, homogenam, sicc
friabilem, in qua inveniuntur maculae aliquot colore intens
gilvo. Quae quidem massa cui est magnitudo testiculi int
a tumore reliquo disjungitur massa ex tela fasciali et corp
bus telae fasc. constanti, facileque separari potest ex
capsula. In hac quoque planitie separatione facta appar
maculae colore qui dicitur intensive gilvo. In qua massa
microscopum conspiciuntur tantummodo cellulae, quae
ruptae et praepingues sunt, granulationem praebent ma
tenuem, ut passim tantum grana contineant, acido fiunt p
diores, aliter autem parum mutantur. Praeterea appare
tritus ex granis maxime exiguis constans et guttae pingue

Massam cum acido coctam, post vero siccatam vel spi
rectificato induratam, ubi secueris, illas cellulas efficere
madvertes majorem massam rotundam, quae non disjung
in capsulas tela fasciculi. (Non sunt disruptiones secti
effectae.) Maculae gilvae praebent pinguentum sine lege
persum, gilvam, granulatum (fortasse vetera sanguinis ext
vasata?)

In confiniis ad capsulam ex tela fasciculi constantem v
sus initium capiunt inflammationis globi.

2) Tumor reliquus telae fasciali stratae, quae oriuntu
capsula, dividitur in partes, varia magnitudine, quae oc
nudis conspiciuntur variaque sunt specie.

a) Una pars pellucida, duritie cartilaginosa, parum gil
invenitur adversus massam illam priorem (1). Ex qua
radi et exprimi potest liquor flori lactis similis, qui cons
ex rotundis cellulis succolentis nucleo et nucleolo imp
tis. Perpaucae ex his cellulis sunt, ut ita dicam, cau
ciae adhibito acido nucleus magis apparet, minus corp
illud granulatum hae cellulae sunt magnitudine epith
testiculi vel cellullarum sarcomatis recentiorum.

Massam hanc induratam si secueris, intelliges nonn
las illarum cellularum ita conglomeratas esse, ut corpo
varia magnitudine, rotunda et longa, tela fasciali ind
efficiant, ut tota massa appareat similis cystibus, macu
distincta.

Aliis locis invenitur massa rubra, paene similis parenchy-
mati testiculi integro. Per microscopum aspecta apparet ex iisdem constans cellulis et fibris telae fascialis, ut statim in mentem veniant canales testiculi collapsi. Canales tamen seminales demonstrari jam nequeunt. Massa spirito rectificato non est mutata, nisi quod poris abundat. In parte cum aceto cocta reperiri non potuit.

Aliae massae magis minusve colorem rubrum gilvumque praebentes, et ipsae resistentes eadem ratione comparatae sunt atque illae quas supra (2. a) descripsimus. Totus tumor impletus est vasis permultis, quae fere omnia per telam fascialem dilabuntur.

Diagnosis. Tumor, quem numero 2 insignivimus no-
ndus est cystosarcoma. Mutationes quomodo sint
endae ad naturam testiculi integram ejusque telas, pro
habere nequimus quoniam, quomodo mutationes sint
ue, ignoramus.

Tumor numero 1 significatus putandus est jam redire in
m integrum, quamquam prius eum similem fuisse alteri
ri concedimus, quare nominamus cystosarcoma dila-
s („tuberculisirendes cystosarcoma“).

Prognosis in universum bona est nominanda. Nam

Tumor plane est extirpatus.

Vasa seminalia inter tunicas propriam et communem sita non sunt affecta.

Tumor tegumento ex tela fasciali opertus est maximamque partem jam redit in naturam integram.

Cellulis sine dubio repente exortis, quae non mutantur in telam cellulosam, cum sint inter se haud arcte conjunctae, (massa flori lactis similis) perturbatur prognosis; tamen, cum luxurientur maxime, sectione removeantur necesse est.

---

## III.

Johannes N....., negotiator Varsoviensis, quadragi sex annos natus, vir robustus et pinguis, vere anni h. s. parvum testiculi sinistri incrementum animadvertit, quod s ullo dolore et molestia magis magisque augebatur. Aegro qui adhuc strictis semper bracis usus erat, ampliores abh ut ipse referebat, et in regione inguinali laxiores induere ctus erat, quum compressio organi amplificati strictis vest effecta dolorem ei non tam magnum quam molestiam affer Sed nihilosecius testis adeo crescebat, ut prima bracarum plificatio non sufficeret iterumque bracas ampliores reddi esset. Testis tum ad magnitudinem ovi gallinacei progre erat; medicus consultus unguentum adhibuit, quod tamen juvabat; alter suspensorium ferri suasit, tertius tincturam j illinendam dedit, quae vehementem efficiebat ustionem et lestiam, nullo modo tumor imminueretur. Quibus re permotus aegrotus medicamentis omnibus rejectis suspenso tantum usus est; sed tumor ita crevit, ut suspensorium nisi magnis cum molestiis ferri posset; testis tum sensi fiebat, et suspensorio remoto majore suo volumine funicul spermaticum ita detrahebat, ut in regione lumbali dolo vehementes et trahentes orerentur. Aegrotus nec incedere stare sine molestia potuit, sedens autem vel supinus cuba nullos percipiebat dolores. Vere anni h. s. LVII, duobus i tur annis interjectis, aegrotus carpento vectatus vehementi torminibus colicis affectus est. Medicus vocatus clysma a hibuit et suspensorium exui jussit, quo facto dolores ces bant; quum autem suspensorium esset denuo indutum, t menta paullo mitiora redierunt. Aegrotus abhinc movere non audebat permultum diei lecto tenebatur, donec et me cis et amicis suadentibus exstirpandi tumoris consilium ce initioque mensis Julii anni ejusdem in hoc nosocomium regi se contulit.

Inspicientes aegrotum, testiculum sinistrum tumore, pu virilis magnitudine, occupatum animadvertimus, qui tum secundum funiculum spermaticum valde extensum depen bat: testis ipse dexter neque in scroto inveniebatur neque

li inguinali reperiri poterat, quamquam aegrotus testem
ier supra ramum horizontalem ossis pubis ut tumorem
s magnitudine se sensisse dicebat. Aegrotus igitur erat
orchides, attamen numquam vel dolores vel ullas mole-
testiculo non degresso effectus perceperat, quas Meckel
natomia pathologia, Tom. I, 18, 2. pag. 691 tam multas
nerat. Cutis scroti supra tumorem nullo modo erat dege-
ta, plane moveri potuit, vasa non valde evoluta.

Operatio die octavo mensis Julii instituta atque casus
accomodata est. Postquam aegrotus aptissime ad ope-
um incubuit et solito more est sopitus, Prof. Middel-
of, totum tumorem manu sinistra tenuit, cutem scroti,
imis inferiorem ejus partem organo degenerato quasi adi-
n depresso extendit, et sectionem per fundum organi, tegu-
ta externa discindentem fecit, ita ut testiculus adimum de-
sus ex hac sectione in lucem prodiret et modo usitato
ura circa funiculum spermaticum circumduci posset.

Adhibita falsa combinatione machina galvanica ex qua-
elementis composita, qualis in libro de methodo galvano-
stica ab Ill. Middeldorpf conscripto descripta est, funiculum
maticum, nulla haemorrhagia sequente, persecuit. Ut
e cautionis genus adhiberetur, arteria spermatica est
a. Margines vulneris in superiore parte sutura sunt con-
ti, vulnus linteola carpta obtectum, aegrotus supinus cubare
us est.

Ut vulgo fieri solet, sic et aegrotus noster statim post
ationem factam de doloribus parum querebatur, ita ut
enta glacie praparata non adhiberentur; sub vesperum
lum erat inquietus per noctem tamen somnum cepit et die-
sequentibus ita se habebat, ut sanatio optima ostendere-
Vulnus bonam prae se ferebat speciem, pus formatum
um erat et laudabile, eschera operatione effecta quinto die
ebatur, granulationes optimae apparebant. Partes vulneri
centes omnis sensibilitatis erant expertes, nusquam rube-
ae vel ullo modo affectae; ergo hoc quoque in casu effectus
rationis loco certo erat determinatus.

Temeritate et imprudentia aegrotus in rheumatismum hu-
incidit, nonnullasque inde noctes insomnis egit; attamen

vulnus non in pejus mutatum et, nulla re impediente, claus est, ita ut aegrotus die vicesimo primo post operationem etam plane malo suo esset liberatus.

## Inspectio microscopica.

Tumor omnis magnitudine ovi cygnei vel parvi capi infantilis erat, in superficie laxa tela cellulosa circumda funiculus spermaticus dissectus. In tunicae communis pa interna epithelium membranarum serosarum parvaque epit lia quadrata erant, non tabulatim strata. Uno tantum l in capite epididymidis tres parvi polypi considebant epit cylindrico cibis munito plane obducti et stromate solidae cellulosae praediti; inhaerebant autem tunicae propriae p ter epithelio seroso contectae.

Vas deferens cum arteriis et venis usque ad epididymid structura normalem sequi possis: in canaliculis ejus cellu parvis granis adiposis completae inveniebantur; num epit lium cylindricum adfuerit incertum est.

Tumore dissecto prope caudam epididymidis massa va lutea, caseo similis, tenax apparebat, magnitudine ovi colu bini, solida tela conjunctiva circumdata, quae tota cell paullum collapsis, fere rotundis, nucleum et nucleolum sa magnum continentibus composita erat, praeterea multa adi grana et in cellulis et libere interjecta videbantur. Hac ma excepta tumor magnitudinem ovi anserini praebebant et a p tibus vicinis tela cellulosa separatus erat; subrubre translu bat, mollis erat et succi expers. Ex tabulis telae cellulo constabat, quibus cellulae plane rotundae permagnis et lae nucleis et nucleolis completae erant interjectae: interdum n clei liberi apparebant (num cellulis ruptis exierint incert est). E regione massae luteae supra commemoratae substan lutea et subrubra, lates formis paullum translucens, a tum principali tela cellulosa sejuncta, quae canaliculis testic constabat, videri poterat; — hae reliquiae testiculi. —

Substantia haec num cum epididymide cohaereret, cert explorari non potuit. Perietes canaliculorum seminalium n erat mutati, sed cellulis et granis adiposis completi, id qu etiam in testiculo atrophico animadvertitur.

Ergo tumor crescens telas circumjacentes non destruxit. ubmovit tantum et compressit, et quasi capsula inclusus In loco luteo retrogredi videbatur: pars autem major oris acriter luxurians habenda erat, quum cellulae succu- e neque in telam cellulosam neque retro formari inci- nt.

Tumor igitur, quod ad structuram et texturam pertinet, nem carcinomatis praebebat, ex eo autem modo, quo se artes vicinas habebat, benignus cognoscebatur et in numero comatum referri possit.

Postquam aegrotorum trium illorum feci mentionem, ratione, qua galvanocaustice in testiculorum exstirpatione a hibeatur, pauca disseram idque ita ut certo deinceps or pertractentur singulae illius artis partes.

In priores duos aegrotos diximus ita esse adhibitam g vanocausticen, ut ab initio, circum funiculum spermaticum a curvata constrictum duceretur ligatura candens, quo quid per machinam galvanicam (Batterie) ardente funiculus sp maticus ab interioribus partibus dissectus est totus. Qua c arte si comparemus caeteras rationes, quibus medici solent stirpare tumores, sane nostra caeteris praestat.

Olim omnis medicorum, quibus exstirpandi erant aegr torum tumores, metus positus erat in sanguine ex tumore i cisura sublato effluente. Quam ob rem jam veteres ut vitare exstirpationem tam periculosam, multa alia conabantur, q ita ut alii circum totum funiculum spermaticum ducerent lig turam, alii commoti metu ne nervos laederent, frustra stud rent secernere nervos a vasis, quo facto prius volebant diss care nervos, postea vasa; quam in sententiam scripsit Cels l. VII c. LI: „Nervus, ex quo dependet testiculus, praecide dus, post id venae ac arteriae ad inguen filo ligandae et int vinculum abscindendae.“

Quem quidem secuti sunt Cheselden, de Siebold, Callise alii. Fabr. ab Aquapendente vasis dissectis uti solitus e ferro candente, ut prohiberet, quominus nimia sanguinis effu deretur copia.

Nostra vero aetate medici una incisura dissecabant fu culum spermaticum ab posterioribus partibus, quo facto va fasciis substringebantur.

Hanc quidem rationem, quam plurimi etiam nunc sequn-
edici, quamquam concedendum est, sufficere saepe ad ex-
ndum feliciter tumorem testiculi, fieri tamen potest, ut,
iam ex tribus, quorum lumina sunt extensa simul vasis,
rt. spermat, art. vas. def., art. cremaster. effunditur san-
nimia effluat sanguinis copia, praesertim si ipse funiculus
maticus morbo jam est affectus et condensatus et sanguine
effunditur medicus prohibetur quominus statim conspiciat
na vasorum. Quod quidem periculosius etiam fit, si — id-
l Bell exemplo docet — funiculus spermaticus non satis
etentus, ut vasa retrahantur post annulum abdom., ubi
at magna sanguinis copia, quare annulus abd. vel etiam
l. inguin. aperiendus est, ut vasa protracta fasciis sub-
gi possint. Quae omnia pericula evitantur nostra extirpa-
is ratione, dummodo eam medicus percognitam penitus ha-
. Methodus enim nostra quippe qua conjungantur usus
ri et usus ligaturae, aptissima est, quam in extirpandos
ores adhibeamus. In tumoribus trium illorum quos com-
avimus aegrotorum extirpandis galvanocaustice effectum
ut paucae sanguinis effluerent guttae. Sane semper extir-
o ita instituta est, ut voluit Middeldorpf vir de huc me-
lo pervulganda et amplificanda optime meritus in libro de
anocaustice scripto. Ligatura candente haud nimis tenui
m maxime potui calefacto tarde dissecari voluimus vasa,
anguis prorsus impediretur, quominus effluerat. Machina
ibita si magna vi est praedita aptissime adhibetur falsa
binatio, quae si non sufficit, eligenda est combinatio ad
umnam.

Cautelis quas modo attigimus quasque qui volet in libro
ra commemorato accurate definitas inveniet observatis
ndentur semper paucae guttae sanguinis ut tranquille jam
licus vasa vastiora fasciis possit substringere, ne, crusta
neris sublata, postea nescio qua causa possit effluere.

Funiculus sperm. male retentus si post extirpationem gal-
ocausticam retrahatur usque in canalem inguin., sanguis
hibeatur obturamentis, donec vasa inventa et substricta

Addendum est porro, singulis morbis ipsis contineri ra-

tionem, qua ligatura circum funiculum spermat. sit ducendu
Tumor enim — id quod non raro observatur — in pertinet
que ad annulum abdom. vel etiam in canalem inguin. annul
abd. vel etiam pars canalis inguin. aperiatur necesse est. ita
filum ferreum circum sanas ducatur partes. Sin vero funic
lus sperm. longus est scrotique cutis mobilis. aptissime adhil
tur illa, qua usi sumus in tumore tertii aegroti extirpando,
thodus quippe qua sanies effluat facile atqse feliciter.

In morbis autem qui intra fines utriusque hujus morbi
dii sunt, si quis funiculum spermat nolit incisura aperire.
agendum est, ut omnia vasa filo cohibeantur, quod quic
cum non semper fieri possit, sane incisura quamvis aperiat
niculum, est adhibenda.

Quibus praemissis profecto apparet primam extirpatio
partem aptissime fieri galvanocaustice adhibita, quippe qu
cum fere nullum aegroto praebeat periculum, ne nimium sa
guinis effuudatur, tum a medico ipso adhibita sit tutissi
simplicissima, purissima.

Medico enim licet hanc methodum adhibere summa c
tranquillitate, quia non prohibetur sanguine qui effundit
quominus gravissimas partes plane perspiciat.

Ad testiculum ipsum tollendum alias adhibebatur cult
ut persaepe medici copia sanguinis nimia effusa commoti alia
viam ingredi studerent.

In magnis enim tumoribus cum vasa sint multa et ampl
quae abundant sanguine, sane est periculum, ne nimium effu
datur sanguinis. Quod quidem haud raro factum est,
etiam Colding Dr. med. enarrat in libro de extirpatione tes
culi conscripto. Aegrotus vero, cujus tumor praeter caeter
abundaret vasis, erat is, de quo disputavi loco primo. Vas
quae erant in tumore, statim conspici poterant. Aegrotus, q
jam erat anaemia et asthenia debilitatus, multo sanguine effu
sane eo perventurus fuisset, ut, longo demum tempore pra
terito, integram priorem reciperet valetudinem. Qua re Midd
dorpf V. C. commotus ut aegroto copiam sanguinis maxi
exiguam vellet effluere, abhibuit galvanocauteriam electrica
Extirpatio felicissime est effecta. Quasi cultro acutissimo c
leriter scroti tunicae sunt dissectae, ut statim permultarum a

rum sectione apertarum clauderentur lumina. Sic facil-
extirpatus est tumor, nullo fere sanguine effluente.
Profecto, si singulae arteriae substringendae fuissent, et
um sanguinis effusum esset et extirpatio ipsa medico et
oto fuisset molestissima. Qnodsi culter, si nec scroti
admodum sunt explicata, et aegrotus est robustus, ut in
guine effluente non multum insit periculi, ita adhiberi po-
ut nullum aegrotus capiat incommodum, tamen si aliter
se habet, in aegrotum ea extirpationis methodus est adhi-
da, quae ipsum a multis incommodis defendat.

Quae qui diligenter respexerit, sane hanc extirpationis
hodum concedet esse eam, quas caeterae hucusque pervul-
ae omnes sint inferiores.

Jam est quaerendum, quae sequantur hanc ope-
di methodum golvanocausticam, et quale vulnus
aneat, quomodo sanetur.

Aeque atque in caetera in extirpationem testiculi adhibita
haec methodus. Dolores ex vulneribus remanentibus trium
rum aegrotorum exorti erant exigui et leves. Tertius tan-
modo aegrotus, qui erat praepingui corpore mollibusque
ibus, sub vesperum qui sequebatur extirpationem se affici
sit doloribus quasi ureretur. Nullius aegroti vulnus
ebuit gravem inflammationem. Partes, quae
nt circum vulnus positae, non erant rubrae ne-
m inflammatae, neque impressionem sentiebant,
quod fuit proprium methodi galvanocausticae, quotiescun-
eam adhibuimus. Vis ejus semper pertinebat ad locum
tum finibus circumscriptum, qui sejungitur crusta filo ar-
te effecta quasi muro a partibus prope sitis. Quae vis ap-
et praestantior si infiltratio, quae haud raro observatur,
inflammatione conjuncta respicitur in tela cellularia quae
umdet funiculum spermaticum et vel in telam fascialem re-
peritonealem patet, qualis quidem inflammatio non solet
e sine vitae periculo. Frequentissime fiunt abcessus retro-
itoneales, qui perforato peritonaeo in mortem saepe desi-
nt. Quodsi extirpatio funiculi sperm. altius fiat necesse est,
tra methodus, quum ad locum certum pertineat, periculum
od imminet deminuit.

De ratione autem qua vulnus ad cicatricem perv nit et clauditur, jam veteres aeque atque nos omnes pe cognitum habuerunt, ferro ardente aptissime etiam in homir bus torpidissimis vim quam dicunt vegetativam nasci et auge Sic et in morbis hic pertractatis et in aliis luxuriosissime atq cum vigore oriri videmus granulationes. Saepe in nosicom O. S. temporibus, quibus piaemia et gangraena nosocomi vexati sunt aegroti, videmus galvanocaustice adhibita ape vulnera semper munda et sana. Secundus quoque aegrot de quo diximus, jacebat inter aegrotos vulneribus pessimis xatos, nihilominus tamen in vulnere ipsius conspiciebant granulationes vigore excellentes: quam ob rem jure suo s psit Lande Dr. med. in dissertatione inaugurali: Method galvanocaustica quasi praesidium est piaemia unde aptissime adhiberi methodum galv. intelligimus in magi nosocomiis, quippe in quibus extirpationes, quae felicissi evenerunt, infectione porulenta et gangraena nosocomiali deterius convertantur.

Quae praeposita qui diligenter perlegerit, sane mihi licei confitebitur in fine hujus dissertationis haec statuere qua summam stadii ac deliberationis nostrae:

1) Funiculus spermaticus extirpationis testi culi causa aptissime dissecatur adhibita l gatura candente.
2) Extirpatio testiculi degenerati aptissime f per galvanocauteriam electricam
    a) si vasa in cute tumorem tegente su permulta, ut periculum sit ne adhibit cultro nimium sanguinis effundatur.
    b) si timendum est ut aegroti propter pia miam vel gangraenam nosocomiale convalescant.

---

Hac quaestione ad finem perducta, maxime me esse, gav surum confiteor, si his studiorum meorum primitiis commovea tur medicus unus alterve, ut ad hanc potissimum methodum praeceptore maxime reverendo pervulgatam se totum confer eique quantum sit tribuendum explanet.

## Libri, qui huc pertinent:

ter's Handbuch der Chirurgie.
ius Handbuch der Chirurgie.
senii Systema hodiernae chirurgiae.
ter's Anfangsgründe der Wundarzneikunde.
leldorpf's Galvanocaustik.
nal für Chirurgie und Augenheilkunde von Graefe und von Walther.
er's Wochenschrift für die gesammte Heilkunde. Jahrgang 1835 und 1847.
. Meckel's Handbuch der pathologischen Anatomie.
itanzky's pathologische Anatomie.
ster's Handbuch der pathologischen Anatomie.
Müller. Ueber den feineren Bau und die Formen der krankhaften Geschwülste.
. Bell's Abhandlung vom Wasserbruch, Fleischbruch und anderen Krankheiten des Hodens.
. Pott, vom Wasserbruch und anderen Krankheiten des Hodens.
ey Cooper, observations on the structure and the diseases of the testis.
. Curling, pract. treat. on the diseases of the testis and of the Spermatic cord and Scrotum.
Baring's Markschwamm des Hoden.
a, Krankheiten der männlichen Genitalien und der Harnblase.
ehrend, Archiv für Syphilis und Hauthrankheiten, Jahrgang 1846 und 1847, Bd. I. und II.
Colding, Dissert. inaugur.: Extirpatio testiculi etc.
olz, Dissert. inaug.: De enchondromate.
de, Dissert. inaug.: Methodus galvanocaustica et érasement linéaire inter se comparentur.

# THESES.

1. In rheumatismo articulorum acuto curando optime metl
dus exspectativa adhibenda est.
2. Methodus galvanocaustica in omnibus casibus operatio
methodo, quae écrasement linéaire nominatur, prae
renda est.
3. Cirrhosis hepatis et ejusdem organi atrophia chron
simplex, nisi superficies jecoris palpatione explorari p
sit, non sunt distinguendae.
4. Hypochondriasis sine materia est rejicienda.
5. Apoplexia sanguinea ab embolia arteriarum cerebri p
saepe nullo modo internoscitur.

# VITA.

Natus sum Carolus Starck Berolini a. d. V. Idus Julias a.
j. saec. XXXII. patre Carolo, matre Minna e gente Gause,
orum utrumque adhuc vita fruentem pio gratoque animo ve-
ror; confessioni evangelicae sum addictus. — Primis litera-
m elementis imbutus per annos sex gymnasium Lignicense
ctore Köhler et per annum unum gymnasium Glocoviense
angelicum celeberrimo humanissimoque Rectore Klopsch
ıc florens frequentavi. Maturitatis testimonio instructus
nam Viadrinam petii et ab Ill. Henschel t. t. fasces academi-
s tenente civium academicorum numero adscriptus apud
. Barkow tum gratiosi medicorum ordinis Decan. Spect. no-
n dedi. Per annos quatuor et dimidium hisce interfui
ıolis.

l. Aubert: De variis physiologiae capitibus.

. Barkow: De anatomia corporis humani, de anatomia comparativa, de morphologia pathologia, de historia foetus, de sectionibus forensibus. In theatro anatomico dnx mihi fuit praestantissimus.

. Benedict: De instrumentis chirurgicis et fasciis rite applicandis.

. Betschler h. t. Dec. Spect.: De arte obstetricia de operationibus obstetriciis de medicina forensi. In clinico et policlinico moderator mihi fuit excellentissimus.

l. Burchard: De morbis infantum, adnexo cursu vaccinatorio, de diagnosi obstetricia, de operationibus obstetriciis.

. Broniss: De logice et physiologia.

l. Cohn: De morborum diagnosi, de secretis et excretis pathologice mutatis.

. Duflos: De chemia pharmaceutica.

. Frerichs h. t. prodec. Spect.: De pathologia ac therapia generali et speciali, de morbis hepatis, de variis morborum abdominis capitibus. In clinico et policlinico medico moderator mihi fuit maxime egregius.

Ill. Goeppert: De botanice universali, demonstrationibus horto botanico et in excursibus botanicis.
Ill. Glocker: De mineralogia ejusque repetitorio.
Ill. Gravenhorst: De zoologia.
Cel. Grosser: De osteologia et syndesmologia.
Ill. beat. Henschel: De encyclopaedia et hodogetice medi de medicinae historia.
Ill. Klose: De fracturis et luxationibus ossium.
Ill. Middeldorpf: De chirurgia generali et speciali cum o rationibus chirurgicis in cadavere instituendis, de opht miatrice, de morbis cutis, de morbis aurium, de fractu ossium et luxationibus. In clinico et policlinico chirurgi ophthalmiatrico dux mihi fuit excellentissimus.
Cel. Nega: De materia medica, de arte formulas medicas co cinnandi.
Cel. Neumann: De morbis psychicis, de medicinae historia.
Ill. beat. Remer: De morbis syphiliticis.
Ill. Reichelt: De physiologia, de anatomia microscopica c exercitationibus microscopicis, de generatione, de histo evolutionis, de cerebri et medullae spinalis anatomia acc ratiore. In exercitationibus meis microscopicis in institu physiologico peractis moderator mihi fuit excellentissim et benevolentissimus.
Ill. Rühle: De anatomia pathologica, de auscultatione et p cussione, de morborum diagnosi.
Cel. Seidel: De remediis vegetabilibus.

In exercitationibus clinicis benignissime me adjuveru Exp. D. D. Cohn, de Glisczynski, Hasse, Joseph, La ger, Rühle, Schedler, Valentiner, Weidner.

Quibus omnibus viris Ill. Cel. Exp. ex intimo animo g tias ago quam maximas.